NUEVAS NORMAS
DE LA SAGRADA CONGREGACION DE SACRAMENTOS PARA LOS PROCESOS SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO

I

TEXTO

INSTRUCTIO

DE QUIBUSDAM EMENDATIONIBUS CIRCA NORMAS IN PROCESSU SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO SERVANDAS *

Dispensationis matrimonii rati et non consummati petitionibus, a Christifidelibus Sedi Apostolicae porrectis, in dies percrescentibus, opportunum visum est Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, ad magis animarum bono favendum per sollicitiorem huiusmodi processuum instructionem et definitionem, a Summo Pontifice petere ut normis a iure statutis quaedam afferrentur emendationes.

Summus Pontifex, qui plenam habet potestatem dissolvendi vinculum matrimonii rati et non consummati,[1] postquam vota Dicasterii ac instantias nonnullorum animarum Pastorum sedulo consideravit, eadem Plenario Coetui Patrum praefatae Congregationi praepositorum examinanda commisit.

Rogationibus autem in Plenario Coetu diligenter examinatis et Episcopatu Catholico audito, Summus Pontifex ea quae sequuntur statuere dignatus est:

I. De facultate generali conficiendi processum super matrimonio rato et non consummato

Ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum exclusive[2] cognoscere spectat de facto inconsummationis matrimonii non tantum inter partes catholicas, sive ad

---

* AAS 64, 1972, pp. 244-252.

[1] Can. 1119; Pius XII, Motu proprio *Crebrae allatae*, 22 febr. 1949, can. 108.

[2] Cann. 249 § 3, 1962; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 196 § 3; Pius XII, Motu proprio *Sollicitudinem Nostram*, 6 ian. 1950, can. 470; Paulus VI, Const. Ap. *Regimini Ecclesiae Universae*, 15 aug. 1967, n. 56 §1: AAS 59, 1967, p. 904.

Summus Pontifex, Sui Pontificatus exordio, confirmare solet S. R. Rotae Decano habitualem facultatem pertractandi, Turno id postulante, causas super matrimonio rato et non consummato, si et quatenus exoriantur e causis nullitatis matrimonii quae ad idem Tribunal fuerint legitime delatae, atque ad effectum ac finem praebendi Ipsi Summo Pontifici dispensandi consilium.

Universidad Pontificia de Salamanca

latinum ritum sive ad orientales ritus pertineant, verum etiam inter partem catholicam et acatholicam baptizatam atque inter partes baptizatas acatholicas, necnon de iustae seu proportionaliter gravis causae existentia pro concessione pontificiae gratiae dispensationis.

Vi huius Instructionis omnes Episcopi dioecesani,[3] pro suo cuiusque territorio, facultate generali processum conficiendi super matrimonio rato et non consummato fruuntur a die a quo haec Instructio vigere incipit usque ad C.I.C. recogniti promulgationem, ita ut ipsam non amplius a Sede Apostolica postulare debeant.[4] Qua facultate utentes, iidem Episcopi, prae oculis habitis artt. 7 et 8 *Regularum Servandarum*, praescripta quae sequuntur sedulo servent:

a) Processus super matrimonio rato et non consummato non est iudicialis, sed administrativus, ac proinde differt a processu iudiciali pro causis nullitatis matrimonii. In processu, enim, super rato per supplicem petitionem imploratur gratia ex benigna Summi Pontificis concessione obtinenda. Nihilominus, propter rei gravitatem, facti sc. inconsummationis matrimonii, his in processibus veritas non minus religiose ac sedulo inquirenda est quam in negotiis proprie iudicialibus, ut Summus Pontifex, re probe cognita, sua suprema potestate uti valeat.

Instructoris rite deputati, igitur, est in huiusmodi processibus probationes colligere, quibus constare possit de inconsummationis matrimonii facto et de iustae seu proportionaliter gravis causae exsistentia pro gratiae concessione. Si autem ex actorum processus examine probationes collectae sufficientes non inveniantur, Congregatio, si casus ferat, Episcopo suggerere poterit ut ipsae, per opportunas instructiones, compleantur.

b) Soli coniuges petere queunt dispensationem super matrimonio rato et non consummato; [5] potest autem illam petere sive uterque coniux, sive alteruter, invita etiam altera parte.[6]

Quamvis cuilibet fideli integrum sit petitionem, quae tamen semper Summo Pontifici erit inscribenda,[7] directe ad Sedem Apostolicam mittere, expedit vero et semper suadendum est ut eadem ad Episcopum porrigatur qui, omnibus in Domino perpensis, processum conficiendum curabit. Quoties autem unius partis exstiterit petitio, altera quoque pars extraiudicialiter est audienda, antequam processus instruatur, nisi, peculiaribus in casibus, aliter opportunum videatur.

c) Episcopus, antequam processus instruatur, de iuridico precum fundamento ac de opportunitate conficiendi processum se certiorem reddere debet; idem pariter agere ne omittat, causis aversionis et animorum dissociationis remotis, ut coniugum

---

[3] Episcopi dioecesani intelleguntur non solum Episcopi residentiales, sed etiam alii ipsis in iure aequiparati: cfr. Conc. Vat. II, Decr. de past. Episc. munere in Ecclesia *Christus Dominus*, n. 21: AAS 58, 1966, p. 683. Ad Episcopos rituum orientalium specifice quod attinet cfr. Paulus VI, Litt. Ap. *Episcopalis potestatis*, 2 maii 1967, n. 11: AAS 59, 1967, p. 387.

[4] Can. 1963 § 1; *Sollicitudinem Nostram*, can. 471 § 1; S. C. de disciplina Sacramentorum, *Regulae Servandae*, 7 maii 1923, art. 2: AAS 15, 1923, p. 392; S. C. pro Ecclesia Orientali, Instr. *Quo facilius*, 10 iun. 1925, art. 4: AAS 27, 1935, p. 334.

[5] Can. 1973; *Sollicitudinem Nostram*, can. 480; *Regulae Servandae*, art. 5; *Quo facilius*, art. 1.

[6] Can. 1119; *Crebrae allatae*, can. 108.

[7] *Regulae Servandae*, art. 6 § 1; *Quo facilius*, art. 1.

Universidad Pontificia de Salamanca

reconciliationi, quantum fieri possit, faveatur, nisi rerum et personarum adiuncta huiusmodi experimentum inutile esse suadeant.[8]

d) Casus vero inconsummationis matrimonii implicatos atque peculiaribus difficultatibus ordinis iuridici vel moralis aggravatos Episcopus Congregationi deferat, quae, omnibus mature diligenterque perpensis, quid et quomodo agendum sit cum eodem Episcopo communicabit.

e) Si fieri contingat ut ex petitionis dispensationis super rato et non consummato examine prudens quoque dubium oriatur circa ipsius matrimonii validitatem, tunc Episcopi erit aut parti oratrici consilium dare ut viam ineat iudiciariam ad nullitatis matrimonii, ad normam iuris, declarationem obtinendam, aut, dummodo preces de matrimonii inconsummatione firmo ac iuridico fundamento nitantur, permittere ut processus instruatur super rato et non consummato.

Cum autem causa de nullitate matrimonii agitata fuerit ex capite impotentiae et ex actis et probatis, Tribunalis iudicio, non impotentiae sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, tunc accedente petitione unius vel utriusque partis de Apostolica dispensatione imploranda, acta omnia, una cum vinculi defensoris animadversionibus ac voto Tribunalis et Episcopi, argumentis firmato sive in iure sive praesertim in facto, ad Congregationem transmittantur ad causam super rato et non consummato definiendam. Ad votum vero quod attinet, nihil obstat quominus Episcopus sequatur ipsius Tribunalis votum, huic subscribendo, in tuto positis exsistentia iustae seu proportionaliter gravis causae pro dispensationis gratia et scandali fidelium absentia.

Quodsi, Tribunalis iudicio, probationes de non secuta matrimonii consummatione hactenus collectae, non sufficientes habeantur iuxta *Regulas Servandas* diei 7 Maii 1923, eaedam ab iudice instructore compleantur et acta plene instructa ad Congregationem cum vinculi defensoris animadversionibus ac voto Tribunalis et Episcopi, transmittantur.

Quatenus vero de alio nullitatis capite agatur (ex. gr. de defectu consensus, de vi et metu etc.) et, eiusdem Tribunalis iudicio, matrimonii nullitas evinci non possit, sed *incidenter* dubium valde probabile emerserit de non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri aut utrique parti petitionem porrigere Summo Pontifici de Apostolica dispensatione a matrimonio rato et non consummato et instructori ius est causam instruendi iuxta normas in praefatis *Regulis Servandis* definitas. Acta omnia deinde, ut supra, sc. cum suetis vinculi defensoris animadversionibus et voto Tribunalis et Episcopi, ad Congregationem transmittantur.[9]

f) Episcopus vero vigilanti animo prospicere debet ne partes in causa aut testes aut periti quandoque falsum deponere vel veritatem reticere audeant. Scit enim, et per ipsum sciant omnes quorum interest, dispensationis gratiam concedi non posse nisi duo constent: matrimonium revera consummatum non fuisse et iustam seu proportionaliter gravem exstare causam; uno aut altero deficiente, rescriptum gratiae, utpote obreptionis vitio affectum, impetranti minime suffragari.[10] Pontificiam autem dispensationem nunquam in rem definitam transire perspicuum est ac novum matri-

---

[8] *Regulae Servandae*, art. 10; *Quo facilius*, art. 3.

[9] Can. 1963 § 2; *Sollicitudinem Nostram*, can. 471 §§ 2 et 3; S. C. de disciplina Sacramentorum, Instr. *Provida Mater Ecclesia*, 15 aug. 1936, art. 206: AAS 28, 1936, pp. 553-554; *Quo facilius*, art. 4.

[10] Can. 40; S. C. de disciplina Sacramentorum, Decr. *Catholica doctrina*, 7 maii 1923: AAS 15, 1923, p. 390.

Universidad Pontificia de Salamanca

monium, forte post dispensationem initum, semper posse nullum declarari, si primum fuisse revera ratum et consummatum deinceps innotuerit.

II. De instructione causae et actorum confectione

Ad ipsam causae instructionem quod spectat, ut inquisitio ad veritatem de facto inconsummationis accuratius citiusque dignoscendam ac proinde ad matrimonii sanctitatem atque indissolubilitatem fovendam aptius conducat, has quae sequuntur emendationes in normas, pro hisce processibus in C.I.C.[11] ac in praefatis *Regulis Servandis* S. Congregationis de disciplina Sacramentorum statutas, inducere visum est:

a) Si, propter dioecesis seu eparchiae parvitatem et praesertim sacerdotum in iure canonico peritorum penuriam, non sine difficultate processus super rato confici queat in Curia vel in Tribunali, tunc Episcopus, prudenter harum rerum discrimine ponderato, potest competentiam instruendi processus super rato ministris Tribunalis regionalis aut provincialis aut interdioecesani aut interritualis (si adsint) vel Tribunalis dioecesis seu eparchiae vicinioris deferre, qui tali oneri sustinendo, praesertim in casibus difficilioribus, aptiores sint.

b) In causis inconsummationis matrimonii debet uterque coniux testes producere qui ipsorum coniugum probitatem et praesertim veridicentiam circa assertam matrimonii inconsummationem, testificari possint; quibus testibus instructor alios ex officio inducere valet.[12] Pauci sufficere possunt testes, dummodo eorum concors testimonium validam probationem atque moralem certitudinem afferre possint; quod quidem evenit, si personae omni exceptione maiores sunt, inter se firmiter cohaerent, testificantur sub fide iuramenti: referentes quando, quomodo et quid a coniugibus aut proximis propinquis de facto inconsummationis matrimonii audierint.[13] Obliviscendum non erit in huiusmodi causis argumentum morale permagni ponderis esse ad certitudinem moralem de matrimonii inconsummatione adipiscendam.

c) Corporalis coniugum inspectio adhibenda est, si necessaria est ad iuridicam facti inconsummationis probationem assequendam; si vero, iuxta Decretum S. S. Congr. S. Officii diei 12 Iunii 1942, attenta partium et testium morali excellentia ac serio consideratis eorum animi dispositionibus necnon ceteris adminiculis aut argumentis, plena, Episcopi iudicio, habetur probatio assertae matrimonii inconsummationis,[14] tunc omitti potest inspectio; caute vero omnia perpendantur antequam eam inutilem esse edicatur.[15] Si mulier autem inspectionem corporalem recuset, tunc, iuxta regulam per memoratum Decretum prolatam, "abstinendum est ab urgenda inspectione". De ceteris, quae ad hanc inspectionem attinent, facultate potiuntur Synodi Patriarchales et Conferentiae Episcopales ampliores normas exsecutorias statuendi, iuxta locorum ar rerum adiuncta.

d) Acta processualia scripto exarata esse debent aliisque cautelis sunt tutanda ope notariorum.[16] Curiae autem vel Tribunali in causis inconsummationis uti licet (consentiente Episcopo), iuxta hodiernos populorum mores et technicas progressiones, instru-

---

[11] Cann. 1960-1992; *Sollicitudinem Nostram*, cann. 468-500.
[12] Can. 1975; *Sollicitudinem Nostram*, can. 482.
[13] Can. 1789; *Sollicitudinem Nostram*, can. 312.
[14] S. S. C. S. Officii, Decr. *Qua singulari cura*, 12 iun. 1942: AAS 34, 1942, p. 200.
[15] *Regulae Servandae*, artt. 85-86; *Quo facilius*, art. 16.
[16] Cann. 373 § 1, 1585, 1642; *Cleri sanctitati*, can. 440 § 1; *Sollicitudinem Nostram*, cann. 56, 157.

Universidad Pontificia de Salamanca

mento "magnetophonio", si eiusdem usus utilis atque idoneus revera est ad accuratiorem et certiorem actorum processus confectionem. Acta, tamen, fidem facere queunt tantum si, licet ex taeniola magnetica exscripta, praescriptionibus a iure expresse requisitis congruant.

e) Secus atque in causis nullitatis matrimonii, in processibus super matrimonio rato et non consummato ob peculiarem eorum naturam, advocatorum et procuratorum opera postulari nequit. Votis, tamen, ac desideriis quorundam animarum Pastorum obsecundando, decernitur nihil obstare quominus partes —aut si petant aut Episcopus *ex officio* statuat— in his quoque causis consiliariorum vel peritorum, praesertim ecclesiasticorum, opera utantur sive in petitionibus gratiae dispensationis conscribendis sive in instruendo processu vel in ipsis actis processus complendis, ad eum finem ut, inconsummationis matrimonii veritate in tuto posita, animarum bonum certius foveatur.[17] Consiliariorum vel peritorum designatio, sive iidem *ex officio*, sive ad partis petitionem eligantur, ad Episcopum pertinet, audito vinculi defensore et praemonitis consiliariis vel peritis, per peculiare decretum, de secreto iurato servando,[18] ne actorum processualium notitiae ad extraneorum aures perveniant.

f) Episcopi in voto "pro rei veritate" exarando, causae naturam et qualitates perpendant modo *concreto* et *practico*, scilicet consideratis adiunctis peculiaribus sive personarum sive facti inconsummationis sive opportunitatis gratiae.

In causis autem sive nullitatis matrimonii, quorum acta ad Congregationem pro dispensationis gratia transmittantur (cfr. n. I, *e*)) sive inconsummationis, quae cum competentiae prorogatione instruantur (cfr. n. II *a*)), Archiepiscopus seu Metropolita sedis Tribunalis regionalis aut provincialis aut interdioecesani aut interritualis vel Episcopus dioecesis aut eparchiae vicinioris, antequam votum suum conscribat, opportune cum Episcopo partis oratricis, cui notae sunt suae dioecesis aut eparchiae condiciones, consilia conferat saltem de scandali absentia ex pontificiae dispensationis gratia forte orituri. Episcopus vero si iudicaverit scandalum sine fundamento seu arte oriri vel ortum esse, tunc pastorali cura opportunisque modis illud cohibere vel continere nitatur.

g) Omnia acta processualia, acta sc. sive causae sive processus,[19] necnon alia documenta, praeterquam in lingua latina, vernaculis etiam linguis late cognitis confici queunt. Ipsorum actorum iudicialium necnon documentorum alio idiomate minus cognito confectorum in praedictas linguas translatio permittitur.

Quae acta processualia atque documenta in triplici exemplari, etiam photostatico, authenticitate praedito ad Congregationem transmittantur;[20] chirographicus textus (qui sc. vulgo dicitur "manoscritto") in Archivo Curiae vel Tribunalis servetur et transmittatur, adhibitis opportunis cautelis, tantummodo si expresse a Dicasterio requisitus fuerit.[21]

Optandum est, cum hoc plurimum ad sollicitiorem expeditioremque causae definitionem valeat, ut omnium actorum iudicialium necnon documentorum exemplaria dactylographice exarentur et singula processus folia, numerata atque in fasciculis

---

[17] Pius XII, Alloc. *ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et administros Tribunalis S. Romanae Rotae*, 2 oct. 1944: AAS 36, 1944, pp. 281-290.

[18] Can. 1623 § 3; *Regulae Servandae*, artt. 46 et 93; *Provida Mater Ecclesia*, art. 130; *Sollicitudinem Nostram*, can. 138 § 3; *Quo facilius*, art. 9.

[19] Can 1642; *Sollicitudinem Nostram*, can. 157.

[20] *Regulae Servandae*, art. 101 § 1; *Quo facilius*, art. 28.

[21] *Provida Mater Ecclesia*, art. 105 § 3.

Universidad Pontificia de Salamanca

conglutinata, actuarii vel notarii testificatione de eorum fideli transcriptione, integritate et authenticitate muniantur.[22]

III. De clausulis rescripto dispensationis forte appositis

Concessa pontificia dispensatione super vinculo matrimonii non consummati, coniugibus ad alias nuptias transire fas est, dummodo transitus ille ne prohibeatur. Quae prohibitio duplici modo exprimi potest: clausula "ad mentem", (et hoc in casu "mens" diversa esse potest ac opportune explicatur) vel clausula "vetito".

a) Clausula verbis "ad mentem" expressa, quae prohibitoria est, apponi solet quoties factum inconsummationis e causis minoris momenti pendeat; eius remotio committitur Episcopo, ita ut fidelium pastoralibus necessitatibus expeditius provideatur. Episcopus autem partem, clausulae remotionem postulantem, ad novum coniugium ne admittat nisi, praescriptis regulis servatis, ipsa ad matrimonialia onera sustinenda revera apta inveniatur ac se in posterum honesto et christiano more officia coniugalia esse exsecuturam promiserit.

b) Peculiaribus autem in casibus, quando sc. inconsummationis ratio fuerit defectus physicus vel psychicus maioris momenti et gravitatis, "vetitum" pro aliis nuptiis apponi potest; quod, nisi expresse in rescripto dicatur, dirimens non est sed tantum prohibens, eiusdemque remotio Sedi Apostolicae reservatur. Venia autem alias nuptias ineundi conceditur si pars oratrix, praevia petitione Congregationi adhibita et impletis praescriptis condicionibus, idonea ad actus coniugales rite exercendos iudicetur.

Episcopi iudicio eiusque pastoralibus considerationibus relinquitur de hac vel illa clausula in rescripto dispensationis apposita ac postea remota certiorem reddere partem, quacum novum matrimonium iniri contenditur.

Omnia quae in hac Instructione continentur SS.mus D. N. Paulus divina Providentia Papa VI, in Audientia die 30 Decembris 1971 infrascripto Congregationis Card. Praefecto concessa, benigne approbare et rata habere dignatus est, mandans ut ea in Officiali Commentario *Acta Apostolicae Sedis* publici iuris fiant et ab omnibus Episcopis sive latini ritus sive orientalium rituum, et a ceteris ad quos spectat, rite et religiose serventur, contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 m. Martii a. 1972.

A. Card. Samoré, *Praefectus*

✠ I. Casoria, *a Secretis*

---

[22] Cann. 1643 § 1, 1644 § 1; *Regulae Servandae*, art. 30; *Sollicitudinem Nostram*, cann. 158 § 1, 159 § 1; *Quo facilius*, art. 23.

Quae sub hac litt. *g*) praescribuntur et pro tribunalibus valent, quae processus inconsummationis, vi can. 1963 § 2 et art. 206. *Provida Mater Ecclesia* necnon art. 4; *Quo facilius*, ut superius dictum est, pertractaverint.

Universidad Pontificia de Salamanca

II

COMENTARIO

No son pocos los documentos que, desde la promulgación del Código de Derecho canónico en 1917 hasta nuestros días, han emanado de la Santa Sede para regular los procesos de matrimonio rato y no consumado, y que han sido recogidos y publicados en Edición Vaticana, con prólogo de la Sagrada Congregación de Sacramentos de 17 de mayo de 1972, como anexos al texto de la nueva Instrucción *Dispensationis Matrimonii,* por la importancia que tienen; ya que las disposiciones contenidas en ellos, siguen teniendo valor en cuanto no hayan sido corregidas o modificadas por la nueva Instrucción.

Estos documentos, que aparecen constantemente citados, como fuentes, en las notas de la Instrucción *Dispensationis Matrimonii* y a los que hemos de referirnos con frecuencia en nuestro comentario, son los siguientes, enumerados por orden cronológico:

1) Decretum *Catholica doctrina* et Regulae, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum editae, in processibus super matrimonio rato et non consummato servandae (7-V-1923).

2) Normae, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum statutae, in processibus super matrimonio rato et non consummato observandae ad praecavendam dolosam personarum substitutionem (27-III-1929).

3) Instructio *Quo facilius* Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, ad conficiendos processus super matrimonio rato et non consummato (10-VI-1935).

4) Litterae *In plenariis* Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, ad Excellentissimos Archiepiscopos, Episcopos atque locorum Ordinarios (5-I-1937).

5) Decretum Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii de quibusdam cautelis adhibendis in causis matrimonialibus impotentiae et inconsummationis (12-VI-1942).

6) Instructio *Instructionem quo facilius* Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali ad conficiendos processus super matrimonio rato et non consummato (13-VII-1953 [1].

[1] Las citas que hagamos de estos documentos corresponderán a las páginas que ocupan en la Edición Vaticana.

Universidad Pontificia de Salamanca

Como puede observarse, algunos de los documentos relacionados fueron promulgados para la Iglesia Latina por la Sagrada Congregación de Sacramentos; y otros lo fueron para la Iglesia Oriental por la Sagrada Congregación de este nombre. Mas la nueva Instrucción *Dispensationis Matrimonii,* promulgada por la Sagrada Congregación de Sacramentos, cuya competencia en esta materia, después de la reforma de la Curia Romana, realizada por la Constitución *Regimini Ecclesiae* [2], se extiende también a los católicos de ritos orientales, va dirigida y obliga tanto a la Iglesia Latina, como a la Iglesia Oriental.

Su valor normativo es el propio de una Instrucción dada por un Dicasterio de la Santa Sede en la esfera de su competencia con la aprobación y confirmación del Romano Pontífice y con la cláusula revocatoria de las disposiciones contrarias precedentes: "Omnia quae in hac Instructione continentur SS.mus D. N. Paulus divina Providentia Papa VI, in Audientia die 30 Decembris 1971 infrascripto Congregationis Card. Praefecto concessa, benigne approbare et rata habere dignatus est, mandans ut ea in Officiali Commentario *Acta Apostolicae Sedis* publici iuris fiant et ab omnibus Episcopis sive latini ritus sive orientalium rituum, et a ceteris ad quos spectat, rite et religiose serventur, contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus".

Las nuevas normas, en lo que reforman o reorganizan de las normas precedentes, se han de observar siempre con exactitud en la instrucción de los procesos de inconsumación de matrimonio, como normas directivas sapientísimas, dictadas por la prudencia y experiencia, pero su inobservancia formal no comportaría la invalidez del proceso ni de la dispensa pontificia, mientras fuera verdad el hecho de la inconsumación y la existencia de causa justa para la dispensa.

Y si alguna vez no pudieran observarse o existiera algún motivo razonable que aconsejara desviarse de ellas, el Obispo o el Juez Instructor deberá consignar en las actas la razón que ha hecho imposible o ha aconsejado su inobservancia [3].

PREOCUPACION CONSTANTE DE LA IGLESIA POR LA RECTA Y PRONTA TRAMITACION DE LAS CAUSAS MATRIMONIALES

La Iglesia siempre se ha mostrado solícita por que las causas matrimoniales se tramitaran con rectitud, y, en los últimos tiempos, se ha preocupado también de que se tramiten con celeridad. Ya en el Motu Proprio *Causae Matrimoniales,* de 28 de marzo de 1971, Su Santidad Pablo VI introdujo notables modificaciones en el proceso de nulidad de matrimonio, sobre todo, en las apelaciones, que, sin el menor perjuicio para la administración de la

[2] AAS 59 (1967) pp. 903-904.
[3] *Regulae Servandae,* art. 99, Edic. Vat., p. 51.

Universidad Pontificia de Salamanca

justicia, permitieran a los jueces una más pronta resolución de los pleitos matrimoniales de nulidad. Ahora el mismo Sumo Pontífice, con la aprobación de la nueva Instrucción *Dispensationis Matrimonii* de la Sagrada Congregación de Sacramentos de 7 de marzo de 1972, se ha dignado introducir también importantes modificaciones en las *Regulae servandae* promulgadas por la misma Congregación el 7 de mayo de 1923 y que se refieren al proceso de dispensa de matrimonio rato y no consumado.

MOTIVOS DE LA REFORMA DE LAS NORMAS DE 1923

Comienza la nueva Instrucción con un breve preámbulo, en el que se insinúan los motivos que han inducido a la Sede Apostólica a llevar a cabo la reforma, el carácter que se la ha querido dar y cómo se ha preparado hasta su definitiva elaboración:

> Dispensationis matrimonii rati et non consummati petitionibus, a Christifidelibus Sedi Apostolicae porrectis, in dies percrescentibus, opportunum visum est Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, ad magis animarum bono favendum per sollicitiorem huiusmodi procesuum instructionem et definitionem, a Summo Pontifice petere ut normis a iure statutis quaedam afferrentur emendationes.
>
> Summus Pontifex, qui plenam habet potestatem dissolvendi vinculum matrimonii rati et non consummati, postquam vota Dicasterii ac instantias nonnullorum animarum Pastorum sedulo consideravit, eadem Plenario Coetui Patrum praefatae Congregationi praepositorum examinanda commisit.
>
> Rogationibus autem in Plenario Coetu diligenter examinatis et Episcopatu Catholico audito, Summus Pontifex ea quae sequuntur statuere dignatus est.

Es indudable que las Normas de la Sagrada Congregación de Sacramentos que han regulado durante casi 50 años el proceso sobre el matrimonio rato y no consumado han sido de gran utilidad para los Ordinarios y Curias diocesanas y han producido copiosos frutos, pero el número de peticiones de dispensa *super rato,* cada vez mayor, las nuevas exigencias e indicaciones pastorales del Concilio Vaticano II y el ritmo acelerado que la vida moderna imprime a las acciones humanas hacían oportuna y necesaria la actualización de tales Normas, acomodándolas a los tiempos, para que sean un instrumento más apto de tutela de la *salus animarum,* norma suprema de la Iglesia misma.

CARACTER DE LAS MODIFICACIONES INTRODUCIDAS Y COMO SE HAN ELABORADO

Las principales innovaciones y derogaciones verificadas por la nueva Instrucción en el proceso *super rato* son de carácter jurídico-pastoral y, como

Universidad Pontificia de Salamanca

se indica también en el preámbulo, han sido sugeridas por la experiencia y toma de contacto con los Obispos diocesanos, que, consultados por la Sagrada Congregación, consideraron anticuadas o superadas algunas normas e instaron la concesión *a iure* de la facultad de instruir el proceso, con el fin de abreviarlo, y el uso de nuevos criterios en la práctica de algunos medios de prueba, aunque garantizando al mismo tiempo un juicio recto y seguro sobre el mérito de la causa.

TRES PARTES DEL DOCUMENTO

En la nueva Instrucción se distinguen claramente tres partes: I) Facultad general de instruir los procesos *super rato*. II) Instrucción de la causa y modo de redactar las actas. III) Cláusulas que pueden ponerse en los rescriptos pontificios de dispensa.

I.—DE LA FACULTAD GENERAL DE INSTRUIR EL PROCESO SOBRE EL MATRIMONIO RATO Y NO CONSUMADO

Se reafirma en primer lugar la competencia exclusiva que, por la norma 56, p. 1 de la Constitución Apostólica *Regimini Ecclesiae* sobre reorganización de la Curia Romana, corresponde a la Sagrada Congregación de Sacramentos para tratar las causas de matrimonio rato y no consumado, en las que sean partes católicos o acatólicos, de rito latino o de ritos orientales [4]. Pero por primera vez se concede a los Obispos diocesanos la facultad de instruir los procesos en esta clase de causas, sin necesidad de obtener previamente delegación de la Sede Apostólica. Es este el primer punto esencial de la reforma:

> Ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum exclusive cognoscere spectat de facto inconsummationis matrimonii non tantum inter partes catholicas, sive ad latinum ritum sive ad orientales ritus pertineant, verum etiam inter partem catholicam et acatholicam baptizatam atque inter partes baptizatas acatholicas, necnon de iustae seu proportionaliter gravis causae existentia pro concessione pontificiae gratiae dispensationis.
>
> Vi huius Instructionis omnes Episcopi dioecesani, pro suo cuiusque territorio, facultate generali processum conficiendi super matrimonio rato et non consummato fruuntur a die a quo haec Instructio vigere incipit usque ad C.I.C. recogniti promulgationem, ita ut ipsam non amplius a Sede Apostolica postulare debeant. Qua facultate utentes, iidem Episcopi, prae oculis habitis artt. 7 et 8 *Regularum Servandarum*, praescripta quae sequuntur sedulo servent.

[4] AAS 59 (1967) p. 904.

Universidad Pontificia de Salamanca

Es sabido que las causas de dispensa de matrimonio rato y no consumado estaban reservadas a la Sede Apostólica, concretamente a la Sagrada Congregación de Sacramentos (Can. 1962) y que, por tanto, ningún juez inferior podía válidamente instruir el proceso, sin antes haber obtenido para ello facultad de dicha Congregación (Can. 1963, p. 1). Por eso, cuando un fiel acudía al Obispo, para que impetrara del Romano Pontífice la disolución de su matrimonio no consumado, el Obispo, después de haber procurado inútilmente la reconciliación de las partes, recogidos informes suficientes sobre los hechos y las personas, debía remitirlos, juntamente con el escrito suplicatorio, a la Sagrada Congregación de Sacramentos, la cual, si estimaba que debía accederse a la petición, solía enviar letras de delegación al Obispo, para que instruyera la causa (art. 7, 10 y 12 de las *Regulae Servandae*). Ahora, con la entrada en vigor de la Instrucción *Dispensationis Matrimonii,* esto es, desde el 1 de julio de 1972 [5] y hasta la publicación del nuevo Código, se permite a todos los Obispos diocesanos instruir tales procesos sin autorización previa de la Sede Apostólica.

Carácter de la nueva facultad

Se trata de una delegación general *a iure* y deroga, por tanto, los citados cánones que contenían las reservas pontificias. Además, por tratarse de una delegación concedida por la Santa Sede *ad universitatem causarum,* puede subdelegarse (Can. 199, p. 2); y en su virtud, el Obispo puede nombrar un juez subdelegado, para que instruya, habitualmente, en su nombre, esta clase de causas, según las nuevas normas.

Sujeto activo de la facultad

Como la facultad o delegación general *a iure* se concede a los Obispos diocesanos, cabe preguntar qué se entiende aquí por este término. La misma Instrucción nos indica, en una nota, que, en el concepto de Obispo diocesano, se ha de incluir no sólo a los Obispos residenciales, sino también a los demás que se les equiparan en derecho. Y como equiparados en derecho a los Obispos residenciales, ciertamente figuran los Abades o Prelados *nullius* (can. 215, p. 2), los Administradores Apostólicos permanentes (can. 315) y los Vicarios y Prefectos Apostólicos (can. 294), por la común razón de tener por ley los mismos derechos y obligaciones que los Obispos residenciales. Y, aunque parece que quedan excluidos el Administrador Apostólico constituido con carácter temporal y el Vicario Capitular, *sede vacante,* porque sus poderes son notablemente menores que los del Obispo residencial y no se le equiparan en derecho, sin embargo, atendida la razón por la que se con-

[5] Como la Instrucción *Dispensationis Matrimonii* se publicó en el *Acta Apostolicae Sedis* de 31 de marzo de 1972 y no se estableció en ella otro tiempo de vacación, según lo dispuesto en el canon 9, entró en vigor a los tres meses de la fecha de esa publicación.

Universidad Pontificia de Salamanca

cede, en este caso, la facultad general de instruir el proceso *super rato* a los Obispos diocesanos, que es la necesidad de proveer cuanto antes al bien espiritual de aquellos fieles que, en la infelicidad de su matrimonio no consumado, quieren conseguir la gracia pontificia de la disolución del vínculo conyugal, debiera extenderse a ellos la concesión de esta facultad.

Obispo competente en cada caso

No se dan nuevas normas para determinar a qué obispo corresponde, en cada caso, instruir el proceso. La nueva Instrucción se limita a consignar que los Obispos, para usar de la facultad, han de tener presente los artículos 7 y 8 de las *Regulae Servandae* de 1923, según las cuales, la competencia de los Ordinarios se determina por alguno de estos tres títulos a elección del orador:

1. El lugar en donde se celebró el matrimonio.

2. El lugar en donde tiene domicilio o cuasidomicilio el orador, o si está ilegítimamente separado, en donde lo tiene la parte demandada.

3. El lugar de la residencia actual del orador, si se han de oír allí la mayor parte de las declaraciones [6].

Naturaleza del proceso

La naturaleza del proceso *super rato* aparece ya expuesta en el decreto *Catholica Doctrina,* por el que se promulgaron las *Regulae Servandae,* de 7 de mayo de 1923. En él se dice: "Quamvis uni tantum Romano Pontifici competat dispensationem concedere, tamen pro indaganda et comprobanda tum asserta matrimonii non consummatione, tum existentia legitimae causae dispensationis, solet Sancta Sedes locorum Ordinariis committere processus instructionem, unde factorum veritas tute eruatur. Inde duo consequuntur magni ponderis: primo quod huiusmodi causae, utpote quae non promoventur ab actione iudiciali contentiosa aut criminali, sed ex benigna concessione Sanctae Sedis annuentis oratoris precibus, non sunt vere iudiciales, sed magis gratiosae seu administrativae; quae tamen cum eo spectent ut Summus Pontifex legitime uti valeat sua suprema potestate dispensandi super matrimonio rato et non consummato cum plena rerum cognitione, in his veritas inquirenda est non minus religiose ac sedulo, quam in negotiis

---

[6] *Regulae Servandae,* art. 8, p. 1: "Ordinarius proprius est Ordinarius loci in quo matrimonium celebratum est, aut in quo orator domicilium aut quasi-domicilium habet; aut, si pars oratrix sit illegitime separata ab altero coniuge, in quo haec pars conventa, dummodo sit catholica, domicilium aut quasi-domicilium habet (can. 1964).

P. 2: "Licet tamen oratori recurrere ad Ordinarium loci suae actualis commorationis, qui preces aceptare valet et commendare apud H. S. C., praesertim cum plerique testes audiendi in sua dioecesi degant". Edic. Vat., p. 35.

Universidad Pontificia de Salamanca

proprie iudicialibus" [7]. Ahora, en la nueva Instrucción, se perfila más brevemente, como una prescripción más, esto mismo:

> *a*) Processus super matrimonio rato et non consummato non est iudicialis, sed administrativus, ac proinde differt a processu iudiciali pro causis nullitatis matrimonii. In processu, enim, super rato per supplicem petitionem imploratur gratia ex benigna Summi Pontificis concessione obtinenda. Nihilominus, propter rei gravitatem, facti sc. inconsummationis matrimonii, his in processibus veritas non minus religiose ac sedulo inquirenda est quam in negotiis proprie iudicialibus, ut Summus Pontifex, re probe cognita, sua suprema potestate uti valeat.

En circular de la Sagrada Congregación de Sacramentos a los Arzobispos, Obispos y Ordinarios del lugar, de 15 de junio de 1953, se recordaba que los procesos sobre matrimonio rato y no consumado, dado su carácter, totalmente administrativo, no debían confundirse en modo alguno con los procesos judiciales sobre nulidad de matrimonio, propios de los Tribunales [8].

La dispensa de matrimonio rato y no consumado y la declaración de nulidad de matrimonio son dos instituciones jurídicas distintas. Pues, mientras por la primera se disuelve un vínculo contraído, un matrimonio válido hasta el día que se obtiene la dispensa pontificia, por la segunda se declara que jamás hubo matrimonio válido ni se contrajo vínculo alguno. Y una cosa es disolver el vínculo y otra, declarar que el vínculo nunca existió. Para impetrar la dispensa o disolución de un matrimonio no consumado, que es una gracia o una benévola concesión, se usa el procedimiento administrativo, que sirve únicamente para obtener la certeza moral de los presupuestos necesarios para la validez de la dispensa pontificia: el hecho de la inconsumación y la existencia de una causa justa y razonable. Para la declaración de nulidad de un matrimonio, que es un acto de justicia, se sigue un verdadero proceso en la forma judicial prescrita por el Código y que se promueve mediante una acción contenciosa. De ahí las grandes diferencias en cuanto al modo de proceder en uno y otro caso. Baste decir aquí que, en el caso de dispensa *super rato,* los cónyuges son libres o no de pedirla, sin que la autoridad eclesiástica pueda urgirlos, y libremente pueden renunciar a la petición ya hecha. En cambio, en las causas de nulidad de matrimonio, el derecho a la acción judicial o de acusar el matrimonio no es exclusivo de los cónyuges, sino que puede pertenecer también al Promotor de Justicia, si se trata de un impedimento público (can. 1971, p. 2).

Función del Juez Instructor

La función del Juez Instructor se indica de un modo genérico en otro párrafo de esta misma prescripción o enmienda:

---

[7] Edit. Vat., p. 32.

[8] JOSEPHUS CASORIA: *De matrimonio rato et non consummato* (Romae 1959) p. 362.

Universidad Pontificia de Salamanca

> Instructoris rite deputati, igitur, est in huiusmodi processibus probationes colligere, quibus constare possit de inconsummationis matrimonii facto et de iustae seu proportionaliter gravis causae exsistentia pro gratiae concessione.

Pertenece, pues, al juez instructor legítimamente designado, hacer la inquisición sobre todas aquellas cosas que pueden probar la inconsumación del matrimonio y la existencia de las causas legítimas para conceder la dispensa. Los principales medios de prueba que ha de utilizar para descubrir la verdad en este proceso siguen siendo los que se exponen en los capítulos VII al XIII de las *Regulae Servandae*: la confesión jurada de las partes, la declaración de los testigos traídos de oficio o también a instancia de las partes, que sean fidedignos, la inspección corporal verificada por peritos, los documentos pertinentes al caso y los indicios y presunciones. Además el juez instructor es el que dirige los actos del proceso que se especifican en las normas contenidas en el capítulo IV de las *Regulae Servandae,* que continúan vigentes [9].

La actuación del Defensor del Vínculo y del Notario, de la que nada se modifica, sigue rigiéndose por el capítulo IV de las *Regulae Servandae,* en donde, además del oficio del Juez se trata del oficio de los ministros del Tribunal [10].

Instrucción supletoria

Se habla de ella en el mismo párrafo a que nos estamos refiriendo:

> Si autem ex actorum processus examine probationes collectae sufficientes non inveniantur, Congregatio, si casus ferat, Episcopo suggerere poterit ut ipsae, per opportunas instructiones, compleantur.

Cuando del estudio y examen de los autos en la Sagrada Congregación de Sacramentos no se obtiene la certeza de la consumación del matrimonio o de la Causa de dispensa, pero se advierte la omisión de algunas pruebas que existen y que pueden dar plenitud a las ya practicadas, que resultan insuficientes, la Sagrada Congregación suele escribir al Obispo de donde se instruyó el proceso, para que se completen las pruebas, de conformidad con las indicaciones que se le hacen. A esto se llama instrucción supletoria del proceso y, aunque era ya usual y se sugería por la Sagrada Congregación, cuando era menester, sin embargo, no se había recogido hasta ahora en la normativa del proceso.

¿Quiénes pueden pedir la dispensa?

Aunque es cuestión debatida entre los autores si el Romano Pontífice tiene potestad para dispensar en el matrimonio rato y no consumado, cuando

---

[9] *Regulae Servandae,* arts. 21-32. Edit. Vat., pp. 37-39.
[10] *Regulae Servandae,* arts. 28-31. Edit. Vat., p. 39.

Universidad Pontificia de Salamanca

una tercera persona, sin saberlo los esposos o contra la voluntad de éstos, pide la dispensa [11], de hecho la nueva Instrucción, manteniéndose en la línea de la legislación vigente [12], reconoce únicamente a los cónyuges el derecho de pedir la dispensa *super rato*:

> b) Soli coniuges petere queunt dispensationem super matrimonio rato et non consummato; potest autem illam petere sive uterque coniux, sive alteruter, invita etiam altera parte.

Se ha de tener presente, como se advierte en las *Regulae Servandae,* que, atendida la naturaleza singular de este proceso, al cónyuge que pide la dispensa se le ha de designar con el nombre de orador; y al otro cónyuge, si se opone a la petición, con el nombre de parte demandada [13].

Escrito suplicatorio de dispensa

La nueva Instrucción se limita a decir a nombre de quién se ha de dirigir y a quién conviene presentarlo:

> Quamvis cuilibet fideli integrum sit petitionem, quae tamen semper Summo Pontifici erit inscribenda, directe ad Sedem Apostolicam mittere, expedit vero et semper suadendum est ut eadem ad Episcopum prorrigatur qui, omnibus in Domino perpensis, processum conficiendum curabit. Quoties autem unius tantum partis exstiterit petitio, altera quoque pars extraiudicialiter est audienda, antequam processus instruatur, nisi, peculiaribus in casibus, aliter opportunum videatur.

Como quiera que ahora el Obispo tiene facultad para instruir el proceso sin obtener previamente autorización de la Santa Sede, se comprende fácilmente por qué el escrito suplicatorio, que siempre se ha de dirigir a nombre del Romano Pontífice, que es el único que puede conceder la dispensa, se aconseja presentarlo al Obispo, para que ordene la instrucción del proceso; y es obvio que oiga previamente, si es posible, al otro cónyuge para conocer si está conforme con la petición de dispensa o se opone a ella.

En cuanto a los elementos y forma del escrito suplicatorio, nada nuevo se determina; por lo que se ha de procurar, como se prescribe en el artículo 6 de las *Regulae Servandae,* que contenga una exposición plena y exacta de los hechos y de las causas que pueden servir para obtener la dispensa, redactada y firmada, a ser posible, por la misma parte [14]. Si la parte oratriz no supiera escribir, al igual que se dispone para la demanda de nulidad [15], podría proponer de palabra su petición ante la Curia y poner por sí misma la señal

---

[11] Cf. CASORIA: *o. c.*, pp. 108-110.
[12] *Regulae Servandae,* art. 5. Edit. Vat., p. 35.
[13] *Regulae Servandae,* art. 5, p. 2. Edit. Vat., p. 35.
[14] Edit. Vat., p. 35.
[15] Art. 56 de la Instrucción *Provida Mater Ecclesia.*

Universidad Pontificia de Salamanca

de la cruz, como testimonio de aprobación del acta que el Notario Eclesiástico levantará por escrito.

Intento de reconcialición y el "fumus boni iuris" de la instancia

> c) Episcopus, antequam processus instruatur, de iuridico precum fundamento ac de opportunitate conficiendi processum se certiorem reddere debet; idem pariter agere ne omittat, causis aversionis et animorum dissociationis remotis, ut coniugum reconciliationi, quantum fieri possit, faveatur, nisi rerum et personarum adiuncta huiusmodi experimentaum inutile esse suadeant.

Sobre el Obispo pesan dos deberes concretos, al recibir el escrito suplicatorio de dispensa: el pastoral de intentar, con todos los medios disponibles, que le sugieran su prudencia y celo apostólico, la reconciliación de los cónyuges, y la grave responsabilidad jurídica de comprobar la existencia del llamado *fumus boni iuris,* antes de autorizar la instrucción del proceso. Con estos deberes, que al mismo tiempo son prerrogativas, no sólo queda enriquecida su potestad de gobierno, sino también resulta más eficaz e inmediata su acción pastoral. Es obvio que tanto para intentar la reconciliación, como para alcanzar el indicio de prueba sobre el fundamento razonable de la instancia, puede valerse el Prelado, como se decía expresamente en las *Regulae Servandae,* del Párroco de los cónyuges o de otro sacerdote celoso y prudente [16].

Una limitación a la facultad general otorgada a los Obispos

Se trata de los casos complicados de inconsumación, que pueden ofrecer cierta dificultad de orden jurídico o moral. Para ellos la Instrucción establece que sean sometidos al examen de la Congregación de Sacramentos antes de incoarse el proceso, para oportunas orientaciones o sugerencias prácticas:

> d) Casus vero inconsummationis matrimonii implicatos atque peculiaribus difficultatibus ordinis iuridici vel moralis aggravatos Episcopus Congregationi deferat, quae, omnibus mature diligenterque perpensis, quid et quomodo agendum sit cum eodem Episcopo communicabit.

La razón de esta reserva no se ha de interpretar como una falta de capacidad pastoral o menor competencia de los Obispos, sino que tiene una significación meramente cautelar o una finalidad de ayuda, si se precisa, por parte de la Sagrada Congregación.

Entre los casos difíciles que pueden presentarse cabe reseñar el de la inconsumación del matrimonio por el vicio del onanismo conyugal. Pues, según se establece de una manera concreta en las *Regulae Servandae,* cuando, por el escrito de dispensa o por la tramitación de la causa ya comenzada, consta que los cónyuges han evitado en absoluto consumar el matrimonio a

[16] Art. 10 de las *Regulae Servandae.* Edit. Vat., pp. 35-36.

Universidad Pontificia de Salamanca

